



Hs. 126

un
od
tan
ebe
ag.

Jacobi Sirmondi littere ad P. Wilthelmum (Alexandrum) Jesuitam ab originalibus
sumtae, quae fuerunt in manibus b. Schannati.

I. Reuerende in Christo Pater.

Pax Christi.



Præter spem accidit, ut R.æ. litteras
acciperem, præter votum, ut tam sero
respondeam, nec culpam tamen deprecor.
Breuiores ut spero futurae sunt morae
in posterum, si hoc inter nos litterarum
commercio frui licebit, quod mihi quidem
erit longe gratissimum. Quod ad S.
Maximinii monasterium attinet,
quod in Epistola ad Ardonem inter
illa duodecim numeratur, quibus præ-
fuit S. Benedictus Anianensis, quam-
doquidem nulla, ut video, apud vos sunt mo-
nimenta, quae de Trevirensi aëstro ac-
cipiendum esse doceant et de Nicia-
censi nihil explorati nauire licuit, neque
ex Abbatum ejus loci Catalogo, qui editus
est

2
est in finalibus Ecclesiae Aurelianen-
sis, adeo per illa tempora multibus, ut mul-
torum Abbatum nomina desiderantur,
neque ex auctore Martyrologii mona-
stici, rerum istarum peritissimo, dum
viuere, si nam paucis post diebus quam
illum conueneram, vita functus est.
Sola nobis reliqua est in hac quaestione
conjectura. Et quia quid sentiam
dissimulare non debeo. Quae, ut de Mi-
ciacensi sermonem esse credam femi
fortasse, sed non absurdo mi fallor ad-
ductus sum argumento. Sic enim
mihi persuadeo Epistolae illius aucto-
rem in hac duodecim monasteriorum
enumeratione, quemadmodum ubi ad
remotiora et minus interioribus Gallis
nota

3

nota ventum est, quo loco sita essent
indicaunt, Maximon monasterium in Al-
latia, Indam prope Agrisgranum, sic S.
Maximimum apud Treuiros dictum
fuisse, si de hoc sermo fuisset, tum ob cau-
sam, quam dixi, tum ne quis de Miciacensi,
quod notius erat, interpretaretur. Ego gra-
tias de Examine ordinandorum, quod plu-
rimi facio. Magnus autem huic benefi-
cio cumulus accederet, si ex eadem S.
Maximini Bibliotheca vel aliunde
nancisci liceret Rabani libellos duos
quos de Praedestinatione in causa
Gottescalci scripserat, unum ad No-
tingum Episcopum, alterum ad Berar-
dum Abbatem, quorum idem Rabanus
meminit in alia sua Epistola ad Hinc-

marum

4

marum Rymensem, quam habeo. Aggressus
 quippe sum editionem operum Hincmari,
 quibus subjungam, Deo annuente, aliorum
 quos auctorum, qui de eadem Gotthescal-
 ci quaestione eadem tempore scripserunt.
 Rabani videlicet, Joannis Originae, Pru-
 dentis Episcopi Tricassini, Flori Diaconi
 Lugdunensis, Lupi Servati et aliorum.
 Nunc mihi optandum esset, ut Indicem
 haberem omnium Hincmari, Gotte-
 scalci et aliorum quos dixi, operum
 quae apud vos nota sunt, ut ex eo quid mi-
 hi desit, intelligam. Ego vicem Rege, si
 qua in re usui futura est, nostram spen-
 deo ejusque sanctissimis sacrificiis me
 commendo. Parisiis 27. Januarii 1644.
 Ruae

Severus in Christo
 Jacobus Sirmon-
 dus.

R. de

R. de in Christo Pater

Pax Christi.

Pro Praelocatione in Parochiis, quam R. v. a
misit, reddo illi ex vita Joannis Gorziensis
Excerpta trium capitulum in quibus fit men-
tio S. Maximini. Plura erant Gorzasse.

Nam exemplar nostrum sine caret,
nec pauca desiderari videntur: Ex his
quae mitto exploratum habebit R. v. a
quid causet fuerit Fridericus oblati
cur ad Maximinum venisset. Annum
autem adventus ejus et obitus facile
deprehendet ex noui Templi dedicatione,
quae ignorari apud vos opinor non potest.

De viginti exemplaribus Defensionis
negant D. Camerarius et frater ejus,
se quibus R. v. a litteras accepisse.

Paratos autem se ajunt illa recipere, atq;
alios

6

alios ericissim libros, ut inter Bibliopolas
moris est, pro illis reddere. Curandum ^{modo} ~~att~~
~~tem~~ esse, ut Metas ad viciniam D. le Cerc
transmittantur, curae sibi futurum, ut
inde Parisiis perferantur. Editus est in-
ter Alevini opera liber de Baptismo fal-
so illi adscriptus, cum ex fine libri ab
Episcopo scriptum fuisse liquet.
Nactus sum in Retavij Senatoris Pa-
risiensis ejusdem libri exemplar Amalario
Episcopo inscriptum. Quod in loco Episco-
pus fuerit, non explicat, sed mihi magna
est suspicio, Treurensem verum
fuisse. De quo L. v. certius istic pote-
rit iudicem etiam tam facile fore
vel in Treurenensis Ecclesiae Bibliothe-
ca, aut in S. Maximimi, vel alia quapi-
am, reperire concilium Carthaginense
post

7

post Trajanum di mortem celebra-
tionem sub Hildericio Rege orthodoxo
sub annum Christi 523. Huius ego exem-
plum superiore anno in Vaticano offendi,
sed mutilum & imperfectum, eo inter
ceteros codices translatum ex Heidelber-
genfi Palatina. Ex quo in spem ali-
quam venio fieri posse, ut aliud in Ger-
mania extet usquam ejusdem Concilii inte-
grum & absolutum. Quod ergo certe
maximo in beneficio ponerem, si suc-
cederet. Habet R. V. notose & benervo-
los ubique, ut opinor, qui jurare hac in re
possint. Quod restat, Deum oro, ut
R. V. ad peragendum quod instituit et ad
alia multa in eorum servet, meque pariter
sanctis ejus sacrificiis et precibus com-
mendo

mendo Parisiis 3. Octobris 1646.
R. Voe

Servus in Christo addictissimus,
Jacobus Simondus.

^{III.}
Reverende in Christo Pater.

Pax ejusdem.

Et si culpa hac in re conscius non eram,
verebatur tamen ne protinuso succenseret
mihi R. S. V., quod a me litteras una cum D.
Gamoisy responso non accepisset. Nunc poste-
riore sua epistola metum hunc omnem et
suspicionem abstersit. Quare utriusque simul
alacriore animo respondebo. Atque in prio-
re quidem quod scire auebat inde habere
anno 933. restitui coepisse disciplinam in
Monasterio Gorziensi, alium auctorem non
habeo, quam eum, qui S. Joannis Abbatis
vitam scripsit, qui annum hunc disertis verbis

21
exprimit. De anno autem quo Diodulfus
cum Gendelachio in Vosagum recesserunt,
aliquid fortasse deprehendere licebit ex eo
quod idem narrat, utrumque ab Egenoldo
Abbate delegatum ad Monasterium
S. Ogonis et post huius obitum regres-
sos Gorziam, mox brevi ad Vosagi evedam
una secessisse. Verè si vera sunt, innuere
evidentur haud multo post Ogonis mor-
tem eò contendisse. Libri de Baptismo,
qui sub Alcuini nomine falso editus est,
auctor in Codice Petaviano dicitur Am-
larius Episcopus. Quis is revera fuerit
Treverensis, dubitare non possum, quia
sub Operis Titulo non solum Episcopum
sed Metropolitam se fuisse auctor osten-
dit. Immo ad Corolum Magnium scribat,
cuius familiaris fuisse constat Amala-
rium

rium Treuirensem, qui conjecturam
 nostram infirmare velit, alium oportet
 Archiepiscopum hujus nominis Caroli-
 temporibus fuisse doceat, quod aequi ni-
 fallor praestabit. Gratiam habeo R. V. e
 quod eam in Concilio Carthaginiensi perse-
 stigando laborare video. In exemplari
 Romano, quod mutilum est, hoc tan-
 tum observari, congregatum fuisse
 sub Frederico Rege Africae, qui Transa-
 mundo successit, cum Ecclesiae Cartha-
 ginensi praesedit Bonifacius. Romanam
 pervenit ex Germania inter Codices Pa-
 latinos. Si ex voto succedat, ut inte-
 grum aliud exemplar reperiat, erit o-
 perae pretium. Nam quaedam ibi a-
 nimadverti, quae alibi opinor non ex-
 tant. Sed ex eo ad Helisacharem

S. Mae.

S. Maximini Abbatem. praeterea non memini me legere plures eius nominis Abba-tes fuisse, ut dubitari queat, cum inter Gemmeticensis et inter Centalenses Abba-tes Helisachar numeratus, idemne sit an di-versus, praesertim cum tempora non discre-pent. Quod vero a Cardine Roberto proditum est, intervise illum G. bonis Re-mentis depositioni anno 833. id ego affir-mare sine ductore nolim et puto per erro-rem irrepsisse apud Robertum. Quam-quam si fieri potuerit, ut Helisachar ad illum usque annum vixerit, cum de illius obitu comper tum nihil habeamus. Nam ad annum 829. pervenisse constat ex vita Ludovici Pii, quae docet Helisachar Abbatem illo anno ad iustitias faciendas missum fuisse in eas oras, quibus Cant-

bertus

bertus Comes praeerat. In eadem porro ci-
ta et in Chronico Einhardi anno 827
idem Imperator Helisachar presbyterum et
Abbatem et cum eo Hildebrandum atque
Donatum Comites ad motus Hispaniae
Marcae componendos misisse dicitur.

Ad hunc ipsum simulque ad Adalardum
et Valam item Abbates scribit Agobar-
dus libellum, cuius in manuscripto haec
est inscriptio: Oratio et supplicatio
Agobardi Episcopi ad Praefatos Palatii
de baptismo Iudaicorum mancipiorum.

Sed et Agobardi ejusdem, in alio libello,
qui est de desponsione Ecclesiasticarum
rerum, ubi de conventu apud Astini-
acum anno 822. habito scribit, verba
sunt: Cum haec a me dicerentur, responde-
runt pie reverendissimi viri Adalardus
et Helisachar Abbates, utrum vero Audi-
archita

M. curio

audita retulerint - Domino Imperatori
 nescio. Et his et aliis id genus quanti
 nominis fuerit Helisachar colligere est.
 Itemque ex Cancellarii seu archicancellarii
 officio, quo apud Rudoricum - Primum pri-
 mis epus annis aliquot perfunctus est.
 Vidimus ipsi Principis huius diplomata non
 pauca pro Monasteriis S. Martini, S.
 Dionysii et S. Landi, aliisque conscripta
 in quibus subscriptum erat partim He-
 LISACHAR RECOGNOS, cum ipsemet
 nimirum presens iterat, partim Duram-
 dus vel Arnoldus ad vicem Helisachar re-
 cognos, ut in diplomate vestro: cum ipse
 absente alius eius nomine subscriptabat. Haec
 ad priorem epistolam. Pauca restant ad
 posteriorem, in qua significabat, spoli-
 atum fuisse in reditu aurigam, cui sar-
 cinam

cinam suam destinarat. In postea mi-
 serit, nondum audiri. Grata mihi erunt illa
 Theoderici Abbatis Epistylonia quae spera-
 re iubet. Ego vicissim R. vae offeram The-
 odulphi Hurelianensis opera, quae edenda
 curavi et cum his Rabani Epistolae tres,
 in quibus sunt, quae Romae postea nactus
 sum, duas illae ad Notingum Episco-
 pum et ad Gerardum Comitem, de qui-
 bus alias scripsi R. vae cum ad me non-
 dum pervenissent. Haec igitur est si quid
 aliud occurrat, conijciam in sarcinam
 quae prima ad eos mitetur a Domino
 Ramoisy: Utinam Wibaldi epistolae con-
 sequi aliquando liceat R. vae. Nam de
 Meinonis ad Hermannum de ambitu ter-
 rae nihil scio an tanti sit. De fragmen-
 to autem illo vestro, quod ad Topponis Abba-
 tis

his tempora pertinere inquit R. Vae, mere
 mihi sunt tenebrae. Quare quod addam
 nihil superest, praeter salutationem et R. Vae
 sacrificiorum participationem, quam ex a-
 nimo imploro. Parisiis 8. Aprilis 1647.

R. Vae

Servus in Christo
 Jacobus Simondus.

III.
 Reverende in Christo Pater
 Pax ejusdem.

Gaudeo versus Theodulfi locum meruisse
 in Annalibus R. Vae nec diffido, quin idem
 sperare liceat huc Epistolae Casinensis
 Monachorum ad Theutonicos, quam
 ex codice S. Michaelis ad Mosam multos
 ante annos descriptam cum inter schedas
 fortuito mihi per offendiſsem, R. Vae in o-
 mnem exemplum illico destinari. De hinc-
 mari adiunctione et Hetti interro-
 gatione

gatione pergratum erit, si utroque codice
 commodato uti licebit, eaque de re scribo ad
 P. R. Me Jensen, qui Remis nunc est in con-
 gregatione Provinciae, ut seam nobis
 operam impertiat. De tertio volumine,
 cuius molem ampliore auguro, ex indice
 eorum quae continent, nunc quidem opus
 nihil erit, praesertim cum epistolam
 illam Celestini, cuius maxime causa optan-
 dum videbatur, ex ultimis eius verbis,
 quae R. S. indicavit, editam cum aliis
 esse constet, eamque ipsam esse, quae numero
 est octava incipitque ab his verbis: Apo-
 stolici verba praeepti. Ego interim
 gratias R. S. de tam proluxa benevo-
 lentia. Quod ad Hincmarum episto-
 lam, cuius meminit Flodoardus ad Main-
 gardum nequam a nobis visa est et pau-
 cae omnino repertae ex amplissimo et ac-
 curatissimo illo Lencho Flodoardi. An-

porro

17

porro idem sit, qui vel eodem vel adsi-
mili nomine censetur inter oblates &
Maximini mihi omnino nihil est com-
peritum. R. Vae erit videre, quam
certa sint argumenta et quam belle
tum temporum ratio, tum cetera con-
veniant. Catalogum seniorum an-
tiquiorumque Patrum Gallo-Bel-
gicae vidi perlibenter, simulque errorem
meum agnovi, qui cum in animo
Treviros haberem, cum ad R. Sam
scripsi, non cogitabam in alia esse
provincia Luxemburgum. De libris
quos ante biennium prope mitte-
bam ad R. Sam scribo nunc etiam Re-
mos ad R. Verdunensem, cui fuerant
commendati. Ego me quod reliquum
est sanctis R. Vae precibus et sacri-
ficiis unice commendo. Parisiis 28. Junij

1645.

~~R. Vae~~

Severus in Christo
Jacobus Girmondus.
Reverende in

Reverende in Christo Pater
Pax ejusdem.

Significavit mihi frater Domini Ramo-
moyse se cum 20. exemplaribus Defensi-
onis ad se missis totidem ad me missa
accepisse. De Theofridi Epitaphio non
visus est meminisse ullum ad me fuisse
destinatum, fortasse quia R. S. vir ex-
ciderat, ut in litteris suis mentem suam
explicaret. Ut ut se res habeat, perinde
ac si omnia mihi reddita forent. De
singulis gratias ago. Vitam S. Joan-
nis Gorziensis, hoc est exemplar, quod ha-
bebam, satis duxi ad R. S. quam quale-
cumque est mittere. Curabit ipsa, si
operae pretium videbitur, sibi descri-
bendum et postea suo commodo re-
mittere. Adjeci Theodatum, cum

Epi-

Epistolis Rabani tribus, inter quas
 duae illae, de quibus alias ad R. Sam.
 scripsi, cum in manus meas nondum
 pervenissent. Sed de vita Joannis,
 quae adeo mutila et jam male affecta
 est, dignam mi fallor judicabit, ut ejus
 codicem integrum quaeramus, sicuti
 possit reperiri. Utinam in hac Cloni-
 ensi peregrinatione, ad quam accinge-
 batur, tale quidpiam nancisci liceat,
 aut Cicodij quoque Valensis, cujus episto-
 lam R. S. olim ad nos misit, emenda-
 tius exemplar reperire. Mibi enim
 usque nunc foret. Gratum autem fo-
 ret ex R. S. cognoscere, an in Codice
 S. Maximini unde deprompta est, in-
 sertae fuerit epistolis S. Augustini,
 an alio seorsim loco posita. Inter epi-
 stolas

stolas sane Augustini de eodem ar-
gumento exstat epistola Valentini
Abbatis valde corrupta, cuius sal-
tem exemplar occurreret, non ina-
nis foret labor collationis et emen-
dationis. Ceterum ex MS. S. Germa-
ni, deprehendi mihi per librum de fide
contra Manichaeos, qui Augustino
tribuitur exstatque Tomo VI. eius Operum,
non Augustini, sed huius Erodii
esse, quod mihi facile persuadeo.

De Nehalemia Dea probo con-
sentim. R. S. ae, nec video, quid
aptius adferri queat. Mitto vicissim
vetus Graecum Epitaphium, quod
Smyrnae eodem ipso mense hoc an-
no effossum est, quo inscriptiones Je-
rudicae. Versus sunt, qui redolent
antiquitatem. Sed cui vel a quo in-
scripti

21

scripti, nihil est quod indicat: Mar-
mor enim in quo fuerant incisi, ut
monet is qui descripsit, alium postea
in usum, hoc est, in basin columnae
fuerat conuersum. Quos habet nau-
uos et menda, quae nolim praestare
nulla itidem esse in subscriptionibus
Diplomatum Ludovici Pii, quae
R. S. desiderabat. Dionysianum
omisi, quia editum est à Double-
tio. Quod reliquum est, saluto ex
animo R. S. tam, ejusque sanctissimis
sacrificiis plurimum commendo.
Parisii XV. Junii 1647.
R. S.

Seruus in Christo
Jacobus Sirmondus.

Re-

Reuerende in Christo Pater,
Pax ejusdem.

Dolui vehementer, cum ex R. Suae
litteris cognoui non reper tam in sarcina
Cramoijana etiam Joannis Gorziensis,
quam ego duobus Fratribus una cum
adjunctis libellis in ea includendam
commendaram. Expostulanti mihi respon-
sum est, seronimis, missa jam sarcina,
ad eos perlatam. Hoc si verum est, dan-
da est hac ex parte venia, sed non in-
dulgendum, quod ea de re nihil mihi
hac tenus indicavit, ut anxius ne essem
et ut R. Suae molestia ista liberarem.
Sed alias opinor significavi, Junio-
rem Fratrem, in quem Senior alius negotiis
districtus, totam rei librariae Curam
transiit, non par esse industria ac

vigi

vigilantiā. Videbimus an proxima
 in facina, quam brevi successuram ait,
 memor futurus sit. De Damasi Epita-
 phio, quod inter Theodulfi carmina
 editum est, nulla mihi est dubitatio, quin
 ipsius sit opus Damasi, qui et suum illi
 nomen de more ultimo versu indidit.

Itaque nunquam hoc meum aēnās-
 ingae, qui non meminero hoc ipsum in-
 ter Damasi opera et alibi extare.

Quare ago gratias R. S. ^{iae} eige pro
 hoc beneficio Damasi alterum epi-
 gramma rependo nondum ut reor vul-
 gatum, ex Codice S. Mariae Vir-
 durenfis.

Epitaphium S. S. Felicis et Phi-
 lippi mart. tyrum.

Quinatum passumque Deum repetisse paternas
 Sedes,

Sedes, atque iterum venturum exae-
 there credit,

Judice tunc visos rediens pariterq; se-
 pul^{tos}.

Martyribus sanctis pateat quod regia
 caeli.

Respicit interior sequitur si numina Christi,
 Cultores Domini Felix pariterq; Philippus

Hinc erit tunc pares, contempto prin-
 cipe mundi

A se terram petiere domum regionisq;
 morum

Unguine sua proprio Christi meru-
 ere coronas,

His Damaris supplex roboravit sua
 reddere vota.

De Crico autem, cuius apud vos tumu-
 lus, utis Gislæ Theodulfi maritus credi-
 tur assentiri non possum, quia Gislæ
 vir non appellabatur Cricus, sed Sua-
 narius et quod in editione nostra Crico
 irrepsit

irreposit. Rico, mendium est, ut monui Sua-
 uaricus autem nomen simplex, non com-
 positum, et ae tate illa in uise apud Gal-
 los fuisse, ostendit Suuaricus Episco-
 pus Aurelianensis paulo ante Theodul-
 tum. Et idem esse constat litterula
 de tracta, cum Suuaricus, quod posteri-
 oribus saeculis multorum nomen fuit
 in Gallia. Quae uero ad extre-
 mum adiecta sunt in litteris R. S. re-
 capitula, non Callisti Papae ut ha-
 bet inscriptio, sed Celestini & Simul-
 tis in locis extant integra, unde
 haec excerpta sunt. Non potuit
 tamen non probari studium hoc
 de nobis bene merendi. Utinam
 alia id genus antiqua saepe occur-
 rant

rant. Scripsi nuper libellum in quo u-
sus sum parte Epistolae Cupidii V-
valentis à R. S. transmissae, habensq;
integram edidissim, si fuisse emenda-
tior. Libellum hunc, cui titulus erit:
Historia Praedestiniana, exem-
plum mittam. Simul ac excusum fue-
rit. Nunc R. S. precibus et san-
ctis sacrificiis me commendo, Feli-
cissimum illi optans annum. Pari-
sij 24. Januarij 1648.

R. S.

Servus in Christo,

vii. Jacobus Simonius.

Reverende in Christo Pater,
Pax ejusdem.

Cumulat nos more suo R. S. novis in-
dies

27

dies muneribus suis. Theofridi enim
exemplaria sex nudius tertius accepi,
unum etiam Miraculorum postero-
ris editionis jam pridem acceperam et
gratias adhuc debebam, quas tanto
imere uberiores utroque nomine ago
ex animo. Quod ad Visumicium
num. attinet, et typum eius opta-
re video rarum rerum peritiores,
quos consulas. Impetrare si licebit, non
diffidunt elici aliquid posse, quod sa-
tisfaciat. Videbit R. V. an mit-
ti queat. Invenim recte arguari
videntur qui ex D. V. nota, quae
praeponitur, ad tempora Constan-
tini, vel ad posteriora referendum
putant. D. Wiboldi et Heimo-

nis

nis opusculis, exquiram primum an
 in Bibliothecis nostratibus eorum ex-
 stet quippiam. Deinde, quae spes
 sit, aut iram ut editionis curam in
 se quisquam recipiat. Erunt fortas-
 se inter Benedictinos qui se offe-
 rant, apud quos reuiuiscit veterum
 librorum studium, ac praecipue illo-
 rum, quos ordinis sui fuisse est
 conjectura. Scio uaria in hoc ge-
 nere illos meditari, breuiter pro diti-
 ra in hanc opera S. Sanfranci-
 cum adnotationibus. De Heli-
 gachare Abbate, post ea quae an-
 te scripsi, nihil oblectum est noui.
 Siquid ex Centulensis Monasterii
 Chronico (quod in Petauiana Bi-
 bliotheca seruari dicitur) erui pra-
 ter-

terea poterit, ubi eius Codicis mihi fi-
et copia, quam spero, faciam & d.

certiorem et competentem omnium.

Quod vero inventam narrat et mihi
Lugdunensi Epistolam contra Go-
tescalcum, nihil hoc nuntio accedere
poterat optatius, nihil ad institutum
meum hoc tempore accommodatius.

Quare majorem in modum oro,
ut hanc mihi accurate descriptam
concedat, mittatque quam primum,
neque novam hoc beneficium supe-
rioribus adicere grave tur. Certe
autem ne tarditatem in hoc ne-
gotio meam imitatus, qui Histori-
am Praedestinarianam quarto
post mense quam promiseram, nunc
tandem repraesento.

Quamquam

diu.

diuturna rursus mora nulla mi fallor
 in me culpa fuit. Idque a R. S. Va
 peto, ut ita credat, nulla R. S. Va. vel
 promissi mei oblivione id factum
 esse. Quodii Epistolam in hoc li-
 bello usui nobis fuisse agnoscat:
 Si Stimulianam impetravimus, non
 deerit locus, unde nos ex ea profe-
 cisse intelligat. Ago iterum gra-
 tias, meque sanctissimis eius sacri-
 ficiis plurimum commendo.
 Resalutat R. S. Va. P. Labbaeus
 noster. Parisiis 20. Julii 1642.
 R. S. Va.

Severus in Christo inutilis
 Jacobus Sirmondus.

Reve-

Reverende in Christo Pater,
Pax Christi.

Joannis Gorziensis vitam Missi-
pontium perlatum gaudeo, spero ad
nos quoque perventuram. Utinam ad
R. V. ~~ant~~ ^{ant} postremae litterae meae per-
veniant, quibus ostendebam quam acide
Amuli adversus Gothescalum epistolam
expectem. Si has maturius accipiat,
quaeso, ut hoc beneficium ad pristina,
quibus me obstrinxit, adjiciat. Erat enim
ut mihi persuadeo, valde opportunum.
Viduum de prioribus meis litteris scri-
ptum est, ut certo intelligamus, illi ne
remiserint, an missae fuerint ul-
terius. Nollem perisse, de multis
enim respondebam, de quibus diffi-
cile foret iterum meminisse. Jure-
nem illum, qui R. V. ^{ant} litteras at-
tulit

fuit post Remigialia, hoc est, post Ca-
 lendas Octobris redire iussi, ut in congre-
 gationem S. Virginis admittatur.
 Quod de Vitalis Antiocheni obitu
 quaerebat, rectene à Baronio adscri-
 ptus sit anno CCCXV. nihil habeo explo-
 rati cur ab illo dissentiam, nisi R. V.
 aliquid nos doceat, quod repugnet.
 De confessione autem fidei Athana-
 sii, quam Symbolum vocamus, nihil opus
 arbitror ut ad Sfortianam Biblio-
 thecam confugiamus, cum Graece jam
 edita sit Tomo II. ejus Operum.
 Sed ut R. V. suggeram, unde possit
 et ipsa secum statueret et nobis im-
 perari, mitto seorsim, quae ante pluri-
 mos annos nactus sum in peruehusto quo-
 dam Codice Ecclesiae Antiochenis, ex
 vetustiore alio Trevirensi volumine, ut
 adnotatum ibi erat, excerpta. Posterior
 est pars

est pars Symboli ejusdem, sed quibusdam
aliter expressis, nonnullis etiam praeter-
missis. Expendat R. S. et dicinet.

V. S. Provinciali et Socio feliciter ces-
sisse calculi sectionem jam ad eos per-
latum non dubito. Num me male ha-
bet, quod hactenus tui non licuit.

Considentius finas, quod incolumem
veni ut spero amplectar: Ego me R.
S. sanctis sacrificiis plurimum commen-
do. Parisii prid. Cal. Octobris 1648.
R. S.

Servus in Christo
Jacobus Simonius.

^{VIII.}
Reverende in Christo Pater,

Pax Christi.

Tandem ad nos pervenit quam expecta-
bamus, Amulonis Epistola ad Gotescalcum.

* forte: securitas etc.

Tan-

Tantam moram R. Vra post brevis suis
 litteris non immerito mirabatur, mihi
 vero, multo erat molestior. Nunc ex-
 duae illius Metensis laudo prudenti-
 am, quae Octobri mense missum ad
 se codicem ad extremam usque moram
 retinere maluerit, quam periculo expo-
 nere. Ago R. Vrae quam maximas pos-
 sum gratias. Nihil poterat oportu-
 ninus accidere, nihil ad rem nostram
 accommodatius. Simul ac licet er-
 debit haec epistola, curabo ut ad R.
 Vram et ad Codicis dominam exemplaria
 perferantur. Sed. autem de infortu-
 nio meo dicam, qui de Clizachar non-
 dum potui ex Centulensi Chronico R.
 Vrae respondere? Hoc unum oro, ut quod di-
 xi credat, non potuisse. Non defuit
 animus, non cura, non conatus, sed
 multa

multa obtulerunt. Petruanae Biblio-
 thecae noua substantia, quae libros o-
 mnes diu conuersos habuit et per turba-
 tos, ita ut nihil unquam negarent. Secuta
 deinde in hac urbe rerum publicarum
 agitatio, quae et Petruanum et Colle-
 gas Senatores aliquot mensibus distri-
 ctos tenuit. Post sedatos motus Pe-
 trui istius morbus et aduersa valetu-
 do, cuius confirmandae gratia rusti-
 cari proximis diebus dicebatur, atrox
 haud scio an redierit. Paxit Deus,
 ut cum eius Chronicon inueni lice-
 bit, quod prope diem futurum con-
 sulo, de Elizacharo expectationino-
 strae satisfaciat. Quod ad Concilii
 Niceni subscriptiones attinet, de qui-
 bus R. V. ~~et~~ precedentibus litteris
 quae-

quaerebat, si reuera integrae fuerunt
 in Bibliotheca Sambuci, dolendum
 est perisse. In antiquis exemplari-
 bus, quae in manus meas venerunt,
 nusquam integras nactus sum. In quo-
 dam adnotationem memini, Occiden-
 talium Episcoporum nomina propter
 ea fuisse ommissa, quod non intelli-
 gerentur a Graecis. videlicet, apud
 quos propria nomina non tam aliquam
 significationem referebant, quam
 cum in Latinorum appellationibus
 non viderent, quo pacto Graecis lit-
 teris exprimerent, vix habebant.

Qua excusatione usus prope Pompo-
 nius Mela in descriptione Aquitaniae,
 cujus urbium barbari vocabula aegre

ait

ait Latine reddi potuisse. De Me-
 thodii Chronico satis puto persasum
 esse. D. Sae, non prae illius esse
 Methodii, cuius inter Scriptores Ec-
 clestasticos mentio est apud S. Hiero-
 nimum, sed aevi multo recentioris
 Latini ut opinor, cuius circa proximi-
 citate Mariamus Scotus ad tempora
 usque Theodosii junioris, ad quem pro-
 inde non video cur pertinere non pos-
 sit, quod scripsisse dicitur de Agricis
 Treverensi. Agrippinensi Concilio de
 Cypriate Episcopo acta est ista nul-
 quam offendi. De Vicefio Trevero-
 rum nihil praeter vulgata, nihil et-
 iam de Calortum nomine ante Ber-
 tarium, recentior enim Sigebertus,
 qui Verduno etiam tribuit ad an-
 num

num 1042. Quod reliquum erat
 de Perthenone Senonensi sub titulo
 S. Maximini, quoniam ex Rectore
 Collegii, Vir docto et Ecclesiastica-
 rum rerum studio aliquid discere
 posse ardeor, faciam ut R. S. de
 eius responso, ubi ad nos respiciet, cer-
 tior fiat. De doctrina Scripto-
 ris anonymi per alphabeti ordinem li-
 gesta, regi n. fallor dudum gratias
 R. S. et praeter editam sub no-
 mine Severini aliam quoque Christi
 Episcopi titulo inscriptam me tractum
 significavi. Restat ergo, ut verbosio-
 rem epistolam concludam et R. S. in
 precibus ac sacrificiis me unice com-
 mendem. Parisiis ultimo Maii 1649.
 R. S.
 Servus in Christo
 Jacobus Sirmundus.
 Re-

Reverende in Christo Pater,
Pax Christi.

Morem suum retinet uterque nostrum,
R. V. novis nos beneficiis cumulare per-
git, ego semper habeo de quibus gratias
agam, nec de praesentibus modo gra-
tias habet, sed de futuris etiam gra-
tias sperare jubet. Jam enim potiri mihi
videor S. Gregorii Concordia illa de
gra. scribit, si huic digna R. V. gra-
videbitur, atque in illo etiam Bibli-
othecae angulo, qui nondum excussus
est, carioris ingenii auguror, siquid oc-
curreret quod esse nostrae futurum ar-
bitretur. Huic ego tam proliscae
et indefessae caritati vereor, ut pos-
sim pro R. V. voto ac meo respon-
dere

dere. Nam de Silvestri pro Treverren-
 si Ecclesia Privilegio non satis memi-
 ni quam vetus fuerit Codex Vindoburgensis
 ex quo descriptum est. Neque ad tol-
 lendam falsi suspicionem satis opinor
 foret Codicis antiquitas, si cetera de-
 essent. Quod vero ad Hieronymi
 locum attinet, ubi Treverris exceptum
 à Maximino cestro et Thanasium
 commemorat, ~~CONSTANTINO~~ ~~NE~~ ~~LEGENDUM~~
 legendum sit, an Constantino, dubi-
 tare non possum, quin prior lectio an-
 teposenda sit, quam scilicet adfe-
 runt vetera omnia Cusebiani Chro-
 nici exemplaria. Tria hic sunt apud
 nos optima et antiquissima nosae.
 Unum cum solius Hieronymi supple-
 mento, alterum cum sola Marcellini
 Comitibus

Comitis post Hieronymum appendi-
ce, tertium cum solo item Idocii post
Hieronymianum supplemento.

Quibus addi potest quartum Prospe-
ri et Geritani, qui Cusebii et Hieronymi
vestigia secutus est, Chronicum inte-
grum hanc ex parte nondum vulgatum,
in quo sicut in caeteris omnibus **CON-
STATANTIO** discretis litteris expres-
sum est. Et Constantio praeterea
legerunt Adociemensis in Chroni-
co, Lupus in vita S. Maximini, Her-
mannus Contractus, Marianus et
quod tunc hunc locum tractarunt.
Nunc autem quem non perplexum
cum R. Va. merito habeat hic locus?
Desippe si Constantio retinemus,

sub

sub Constantio, non sub Constantino
 Trevisis exulasse suggereret. Athana-
 sium, quod falsum est: si Constantino
 malumus, ab hoc quaesitum ad poe-
 nam immuet. Athanasium, quod perinde
 falsum est, congruitque Constantio.
 Quare qui Constantius primus edidit
 Henricus senior Stephanus, aut quisquis
 ante illum erroris huius auctor fuit,
 dum vulnus unum curare studuit,
 alterum patefecit. Quod mirum
 est in mentem non venisse Baro-
 nio sine de Pontaco querar: qui CON-
 STANTINO legi velit, atque ita scri-
 ptum putet ab Hieronymo. Quan-
 to enim proclivius fuerat ac verisimi-
 lius, si memoriae lapsus, quem alias
 in Hieronymo non semel notavit,
 hic

hic etiam deprehendisset, quod ea si-
mil conjungat, quae tunc ut vidimus,
consistere non possunt? et audacius haec
a me dicta iudicabit, nec inficior.

Sed veniam, ut spero dabit C. Hiero-
nymus, veniam et ipsa de oro, si R. Vae
de transferenda in quartum postan-
num. Coniensi de Cyphrata Synodo
conjecturam nondum amplector. Vel-
lem egridem, nihil enim aptius foret
ad explicandas omnium generum diffi-
cultates. Sed acuta et ingeniosa illa
divinatio, ut pro eo quod C. C. Man-
tis et Albini scriptum est, alio sensu
P. C. Mantis et Albini IV. legamus,
quasi anni quatuor sine aliis Contri-
bitis fluxerint, quemadmodum post
C. C. Mantis et Albini, numerati sunt
multi

multi temporibus Justiniani, Fastorum
 omnium, ut alia omittam, consensione
 refellitur, in quibus sequentium, mox anno-
 rum paria Consulum, singula describuntur.
 Quin & hunc ipsum annum, qui propter
 ea, quod novi Consules primis mensibus
 creati nondum fuerant, vel nondum
 nuntiati, P. C. Anantis & Albini
 inscribitur, suos tandem Consules habu-
 isse, Constantium IV. et Constantem
 III. ex Fastis siculis intelligimus,
 atq; ex Judaico nostro, qui omnium
 optime Romae annorum Consules
 in Fastis suis distinguit,

ANANIO et ALBINO
 CONSTANTIO IV. et CONSTANTIO III.
 REFINO et VSCO 310.
 PAVLINO et SATIA. etc.

Aham

Iam igitur exspecto, utinam suscipiat!
 firmatae stabilendaque rei demonstra-
 tionem. Amolo noster adhuc sub praelo
 est. Tentae sunt enim apud Typogra-
 phos brevium istiusmodi libellorum editio-
 nes. Ceterum ubi ad R. V. pervenerit,
 cognoscat, quantum ex eius manuscripto
 profecerim. Nunc causa illi omnia pre-
 cor, meos pariter R. V. precibus et sacri-
 ficiis commendo. Lutetiae Parisiorum
 II. Idus Augustas M. DC. XXIX.
 R. V.

Servo in Christo
 Jacobus Sirmondus.

Reverende ^{at} in Christo Pater.
 Pax Christi.

Quid hoc rei est! Amolonis episto-
 lam ad ultimas Galliae oras pervasisse
 cognovi.

cognovi ad *Syam*, hoc est ad fontem
 suum qua rediret viam hac tenus et si
 multas tentarim, certam nullam nata
 est. Experiar quam futa haec futura
 sit, ac ne omnia semel exponam diuiso
 exemplarium numero, partem alteram
 alteri reseruabo. Haec epistola si
 lapsi possit, gratias ageret *R. Sae*, quod
 ejus beneficio lucem videat et cum
 plausu excipiat. De *Cologe* au-
 tem sententiarum *S. Augustini* li-
 bens audiam, quid de conjectura
 nostra sentiat, qui *Amoloni* attri-
 buti posse credidimus. Ex eodem
 ipso *Codice* descripsimus et libellum
 de *Benedictionibus Patriarcharum*,
 cui consimilem postea offendimus in
 Di-

Bibliotheca S. Victoris. Sed quia
 Victoris nomen in neutro exemplari le-
 gebatur, differenda editio erit, est,
 quoad certius aliquid comperiamus.
 Hincemari Supplementa, quae R. V. A.
 desiderabat à Bonoisio tandem ex-
 hibita gaudeo. De reliquis autem
 ejus literarum capitibus alia seorsim
 epistola describam, quae citius in Galliam
 ad R. V. A. perueniat. Quare ipsius san-
 ctis sacrificiis multa cum gratiarum
 actione commendo. Parisiis 15. Octobr:
 1649.

R. V. A.

Servus in Christo
 Jacobus Sirmondus.

Reve-

Reverende in Christo Pater.

Pax Christi.

Scipsi hesternadie ad R. Vram, simulque bina
 misi exemplaria Epistolae Amolensis, ac
 bina itidem Sententiarum S. Augustini,
 quarum Catalogem ex eodem Codice ve-
 stro deprompsi. Legat, ut ad poste-
 mas eius literas respondeam. Cur tam sero!
 inquit, quia diutius illae factenus inter
 Schedas nostras latuerunt, ac sic tandem
 repertae sunt. Quod igitur ad Dago-
 berti pro S. Maximino diploma spectat,
 idem opinor iudicium esse debet, ac re-
 liquorum omnium, quae à Pontificibus
 Principibusque prodeunt. Quae singula
 in iis quae facti sunt ipsi, aut concedunt,
 vim aeternae auctoritatem obtinent; in
 ceteris quae sibi ab aliis exposita nar-
 rant, fidem non aliam faciunt, quam
 eorum

eorum fuit qui exposuerunt. Incerta
 autem et falsi plerumque solent haud
 dubium est. Relatum ab se Lago-
 bertus testatur, in Constantini regia
 dedicatum ab Agracio Episcopo fu-
 isse monasterium in honore S. Joan-
 nis Evangelistae, ab eodem Agrac-
 cio basilicam quoque S. Petri dedi-
 catam, eodemque tempore Helenae im-
 peratricis Treveris sub Sanctae Petris
 titulo aedificatam Ecclesiam perhi-
 bent gesta Pontificum Treveren-
 sium manuscripta. Quis vel gesto-
 rum istorum auctori, vel iis qui La-
 goberto suggererant, tanto post inter-
 vallo, certiora de Treverensibus Ecce-
 siis innotuisse credat, quam Athanasio,
 qui quo tempore apud Treveros exilabat,

hoc

hoc est post *toracium*, sub *finem*que
Constantini nullas in ea urbe fuisse
 confirmat! Quare ab hoc quidem ca-
 pite nihil video, cur ab iis quae de loco
Theronimi superioribus litteris conicie-
 bamus dimoveri nos oporteat. Ceterum
 quoniam in gestis quae dixi, et si fabre-
 losa continent non pauca, insunt
 tamen quae yui esse possint, mittam
 exemplum, quod *Viriduni* nactus sum,
 simulac *Q. S. P.* id gratum fore intelli-
 gam. Vete res nummos aureos, pu-
 delectinos, similes eorum, qui *Q. S. P.*
 litteris designantur, habeo nonnullas.
 Nihil diem tamen deprehendere
 potui quod ad explicationem faciat,
 nisi quod in uno ex nostris non *Q. S. P.*
 N. A.

NATHANIEL BANNICIACO
 in postica disertissime legitur,
 in antica *ETIAM IN REGIS REG.*

Banniacorum autem antiquarii
 nostri de Balgentiacum interpretata-
 bantur, quod oppidum est Tutvelia-
 nensis diocesis. Si quid praeterea
 in duobus et typis ad nos misisse diuinare
 licebit, proximis litteris committam.

Nunc *Q*uae precibus et sanctis sa-
 crificiis plurimum me commendo.
 Parisiis *XVI. Octobr. M. DC. XXIX.*
*Q*uae

Seruis in Christo
 Jacobus Dimondus.

^{XIII.}
 Reuerende in Christo Pater.

Pax Christi.

Indicem eonem qua restabant in angulo

Ma-

Maximimianae Bibliothecae acce-
 pisset legi magna cum sollicitate, cum
 illis praesertim, quae R. S. partim adnota-
 rat ad singulorum intelligentiam artifi-
 ma. Sed saepius recurram quoniam erit o-
 pus. Nunc si quaerit quid maxime
 cupiam, oro ut ante omnia capitula
 Xlix. S. Augustini, quae decimo loco
 post Gennadii dogmata memorantur,
 mihi describenda et cum primis litteris
 suis mittenda curet. Post haec de
 sermonibus illis decem, qui Augustini
 nomen praefertunt, operae pretium
 fore arbitror si quid certi eriamus.
 Si R. S. graue non erit singulo-
 rum initialia excerpere et nobis com-
 municare, spero aliquid lucis allaturum.
 Videt quam libere abutar humanitate
 R.

R. S. vae. Quod duobus opusculis Nicetae
alterum in hoc S. Hieronymi pseudepigrapha
editum est, alterius exemplum Ro-
mae ante paucos annos nactus sum,
quod usum erit, si deinde videretur.

Sed ex toto indice de iis duobus tan-
tum quae dixi scribendum. his litteris
statuam. Quare ad alia venio et
gratias ago de testimonio S. Gre-
gorii, quae luce sunt digna vel ob
nomen auctoris. Codicem unde thro-
lonis epistolam de promptissimus remit-
tam. Deo dante eadem via
quam R. S. vae designat, et jam con-
cum S. Cramoisy, ut cum Metas ali-
quid transmittet, certiorum me faciat
Opusculi de Benedictionibus Pa-
triarcharum, de quo laborabamus,
ali-

victorem - postea didici esse Adrenal-
 dum monachum S. Benedicti, qui ea-
 dem qua Amolo aetate vixit, aut ab ea
 non multum absuit. Huic certe tri-
 buebatur in schedis quibusdam Tran-
 cisci Pitheae, quas vidimus. Hadrianus
 Valeus de Chroco Rege duplici per-
 stat in sententia, ego de Prospero Cro-
 nico Pitheaeo nihil habeo quod addam
 ad ea quae in historia Praedestina-
 tiana Cap. V. scripsi, libenterque audiam
 a R. V. quod ipsa iudicet. Magni enim
 faciam quod ab ea proficiscetur: Gesta
 Praesulum Trevirensium - nuper mihi
 eamque jam accepisse confido R. V.
 Non immeritis visitatoris opera, qui
 hoc iter faciens rogatu meo hanc curam
 ultro suscepit. Jam agnoscit R. V.
 quid

quid inter utriusque nostrum dona sit dif-
 crimen. Ego illa rependo quae ipsa du-
 dum possidet, ipsa nolis semper nos cumu-
 lat et utinam idem semper face relice-
 at. Faciet nos enim, scio, non inuita
 locupletiores, ego agendis gratis non
 fatigabor. R. Domino Abbati
 humillimam salutem quaeso meis ver-
 bis dicat et ipsa pro me in Sanctis
 sacrificiis cum R. P. Huberto Witt-
 heim orare ne grauetur. Lutetiae
 Parisionem 20. Julij 1050.
 R. Suae

Servus in Christo
 Jacobus Simonius.

^{XIII.} Reverende in Christo Pater.

Pax Christi.
 Capitula S. Augustini, quae illis ad-
 nexa

nexa fuerant, accepi, pro quibus gratias
 ago quam maximas. R. Vae. Si vellem
 equidem ad quae sita eius respondere, ali-
 quid liceret quod satisfaciat. Sed quid
 à me profici si potest, quod R. Vae. lateat?
 De Gylio enim Diacono, cuius fit men-
 tio in vita S. Hilarii Arelatensis an
 Episcopatum possetur sit adeptus legere
 me non memini, nec de Jannerii no-
 mine, si extra libros Treuirenses oc-
 curreret, suspicari aliud possum, quam
 de tortum ex Januario videri. Quod
 Sidonii nostri obitus in annum Christi
 CCLXXII. conjici non possit, Si-
 donius ipse admonet, ubi Nepossem
 Augustum nominat, quem haud
 dubium est Leuitam non fuisse an-
 te annum ^{Christi} CCLXXIV. Propius à vero
 ab-

absint, qui mortuum putant anno CD
 LXXVI. Mihi olim, ex die Domini-
 ca, quae Sidonii obitum secuta digitur
 à Gregorio et ex die XII. Calendas Septem-
 bris, quo mortuum notat Epitaphium,
 confici videbatur vita functum esse
 anno C. D. LXXVIII. Quod iudicabit R.
 V. quam sit consentaneum. Maximi-
 no Abbati Niciacensi, vnde nam id
 nomen fuerit impositum diuinare
 quis possit? neque enim à quoquam pro-
 ditum puto. Quod in mentem
 venire possit, an à Maximino Tre-
 uirenfi cum Verdunensi fuerit, non
 alicui videre tur, si constaret moris
 iam tum fuisse, ut à Sanctis nomi-
 na sortirentur, nisi consanguinitas
 et necessitudo aliqua intercederet.
 Nicetii Treuironum Episcopi Pa-
 tria

tria, quibus nota erit, si Trevirenses igno-
 rant? Quærit R. Va. an Anuernum
 existimem. Ego magnam ayo esse con-
 jecturam ex ea, quod hunc etiam, cum
 Abbas erat, in honore dicatur fuisse
 apud Theodoricum Regem, cu-
 jus in ditione constat Anvernos fuisse
 Monasterium, proinde in quo educa-
 tus est et cui postea præfuit Nicetius
 apud Anvernos quaerendum est. Da-
 tium, si Abbatem Nicetio successit.
 De Monachatu porro tum Nice-
 tii, tum Trevirii dubium non habeo,
 quin Monachi ipsa fuerint, non
 Clerici regulares. Ac de Trevirii qui-
 dem Monasterio, quoniam de Niceti-
 ano dictum est, apud Lemonicas condi-
 tum fuisse eigo nomen inditum. Altano

ex Gallia Christiana perspicuum est,
 et si patria illi Atrium fuerit, non Le-
 monicis: Quo fit, ut in Gregorio Tur.
 Lib. X. Cap. XXIX. haec distinguantur.
Lemonicinae inquit urbis incola fuit
non mediocribus regionis suae, id est
patriae ortus parentibus. Quo sane
 anno monasterium hoc condiderit,
 vel quo anno ejus pater obierit, com-
 persionem non habemus. Quo ipse
 anno excesserit, eodem ex Gregorii
 carite. liquet, anno nimirum Hil-
 deberti Regis XVI. hoc est anno Chri-
 sti DCI. Quod ad Florianum
 attinet, assentior R. vae, idem hoc ipso
 intelligendum videri Cinnodiam, quem
 hunc hic ex laudato Patrem vocat,
 et Atratem quoque, cuius operis in-
 scriptio est: Domino Sancto, Vene-
ra-

rabili et in Christo gratia spiritualiter
 erudito Floriano Abbati Frater
 Subdiaconus salutem. Romanum item
 Monasterium, cui Florianus praefuit
 de Larii Lacus Comensis insula recte
 accipi; sed de Theodato Abbate
 cui successit, idemne sit ac Theodatus
 de quo S. Gregorius in Dialogis, nec
 habeo satis quo confirmem, nec quo refel-
 lam. Florianum tamen cum R. Va.
 Mediolanensem fuisse conpicio.
 Id cum offendit, quod Ambrosii civem
 se ipse appellat et verisimile fuit,
 quod Florianum Geminus, qui et
 ipse Mediolanensis erat, sanguine
 sibi conjunctum docet in epistola
 XV. Alphabetum quoque imponere
 quod ait in eadem epistola idem opinor
 est, ac prima elementa tradere. Ab
 Ch-

61

Ennodio ergo hic imbutus Florianus
Romae post haec literis operam da-
bat, cum ad eum scriberet Ennodius,
cum juvenis adhuc Abbas creatus est,
ut fratris praefatio significat. Rursum
qui ad Vicetium scribit aetate
reversum, quod L. G. suspicatur Episco-
pum fuisse, in exemplari meo adnota-
tam. Itaque haec etiam in parte con-
sentimus, quod Nestorii simulatque
Cuitichii errores Justiniano imputat
Vicetius nichil habet incommodi,
si de haeresi praecipua cuiusque illorum,
in qua sibi adversabantur. Non sit
sermo, sed de erroribus aliis, in qui-
bus conveniebant. Et qui Chalce-
donensem Synodum simpliciter non
recipiebant, Nestorio simul et Cuitychi
favere videbantur, quorum uterque ab
illa damnatus est. De Chlodofindae
obitu

obitu noui nihil habeo. Ex Paulo Diacono
 notum est, mortuum hunc fuisse
 cum ab Alboino caesus est Cimmundus,
 hoc est, antequam in Italiam migraret
 anno D. LXXII. Sed quo tandem Anno
 incertum atque ignotum mihi. Etenim
 in Epistolis istis usus in editione Ve-
 cheliana, nisi quod pauca quaedam, in
 quibus perspicuus error videbatur, ex
 conjectura emendari, neque opinor du-
 bitabit R. V. in manifestis hoc licere
 sicut in eo quod epistola V. Maximianam
 posuit pro Maximianam. Mit tam-
 prima quaque occasione libellum pre-
 cum Marcellini et Augustini ad Theodosi-
 um recens editum, in quo Paulini Episcopi
 Treuirenensis et Bonosi Presbyteri reperiet
 mentionem. Nescio an aliquando uenerint
 in manus R. V. Acta Felicitis Papae II. a
 Sto. Bonifacio martyre et Pontifice
 con-

63

conscripta. In his etiam pauca quaedam
de S. Paulino his verbis: Eademque per-
sentio Striana. Paulinum Tricevorum
Episcopum convenit et in Phrygiam
exilio pepulit. Erat autem adeo in religio-
nis pariter pulcher et mansuetus, Catho-
licae Ecclesiae propagator et filius, spe-
rindis, amore civis, sanctorum pater a-
mator filiorum. Sicut verax Hierony-
mus in suis Chronicis adfirmat in Phrygia
exulans moritur et cum glorioso marty-
rio in Sanctorum numerum transfer-
tur. De hoc ipso et de aliis quos infi-
mat, si quid nactus fuero, faciam
etiam participem. De Codice Maxi-
miniano egi cum Crampisio, ut Meta-
facto perforatur. Nunc quod superser-
at, ago. Saepe iterum gratias et ut mei sem-

per

per in sanctis suis sacrificiis memineat, oro
etiam atque etiam. Parisiis 24. Julii 1650.
R. S. Alberto salutem meis verbis dictam
cupio.

R. S. Jac.

Seruus in Christo inuitibus
Jacobus Sirmondus.

XV.
Reverende et amantissime Pater.

Pax Christi.

Tandem aliquando, utinam felici eventu,
redit ad R. S. Jac. Codex MSS. S. Maximini,
opera R. S. Janot. qui res hic procurat Pro-
vinciae Campaniae. Metas enim trans-
mittendum recepit ad Rectorem Colle-
gii nostri, ut inde Luxemburgum perfer-
turus. Iterum ejus nomine gratias ago
R. S. Jac. veniamque ab ea parte de tam sera,
sed mihi ipsi grati et molestia restituti-
one. Solus ne rediret, adjoinxi comites
libellos, unum à me paucis ab hinc die-
bus elatum de nonnullis vitibus ^{vet} sacris
publicae

publicae poenitentiae, propter eos qui a-
 pud nos in hoc genere sub antiqui moris
 titulo novare conantur, reliqui duo anti-
 quorum auctorum, superiore anno pro-
 dierunt exceptis ob vetustatem sunt
 cum plausu et approbatione doctiorum.
 De R. V. vix audeo postulare, ut sui nos
 iudicii participes faciat, tamen si melius
 avidius accepturus sim. Sed pene Re-
 ligioni est seria ipsius negotia inter-
 pellare. Deinde pigrum a deo far-
 dumque video me in scribendo, ut mere-
 ri eius litteris me non agnoscam et se-
 vare non audeam. Agnosceat fortal-
 sis ex caractere debilitatum ali-
 quatenus mihi visum R. V. Id mali
 quicquid est, frigore ante hos menses
 contractum, mitescere jam verno aere,
 Sersim

66

Senjim, ut Spondent Medici et res ipsa
ex parte probat, Deo dante cum R. Vae
precibus et sacrificiis curabitur. Parisiis
12. Aprilis 1651.

R. Vae

Servus in Christo
Jacobus Sirmondius.



Handschr

126



UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN





